THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh. Seite 18v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31254
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



gaudia percipit. ubi sicut ei promiserat sancta dei genitrix letabitur perpetua secula. Ergo pensandum est quantum debeat mente retineri. quae se seruientibus non desinit auxiliari.

V. Qui.

SUR Quidam pauper degebat in quadam ulla. Qui cum egeret saepe cotidiana per plura loca pergebat. et tam ex largitione bonae hominum quam ex labore manuum suarum victum acquirebat. Ita autem sanctam dei genitricem Maria puer poterat et sicut ex toto corde suo honorabat. ut etiam de elemosinis quae ei dabantur per eius amorem alios pauperes saepissime largiretur. Hic ergo cum moreretur. coepit deprecari sanctam dei genitricem ut eius misereri dignaretur. et eius precibus sibi felicitatem paradisi largiretur. Tunc sancta Maria matrem mulieri astitens dixit. Veni. ut sicut petisti perfruaris requiem paradisi. Hanc vocem audierunt multi qui in illa domo erant. Quod et mox effectus ostendit. Denique statim anima eius egressa a corpore perducta est ab angelo in paradisum. ubi sicut ei promiserat sancta dei genitrix letatur cum iustis sine fine.

SICUT Exposuit Vio.

beatus gregorius papa de vita fidelibus piadibus quod se quidem in omnium quint. et in iudicas sue traditum partem ostenduntur. sic plures in mundo religiosi uiri diuersis exterioribus temporibus quidem et eius genitrici simili deuotione in una eadem uirtute placere studuerunt. Quos aliqui imitantes meritis multo inferiores meri-

tis eidem sancte iugiter seipsos erepti sunt a penis tam animae quam corporis. Ipsi nulli sit onerosum quod referimus in diuersis non dissimile miraculum. Fur quidam qui vocabatur Eppo. multociens res alienas rapiebat. aliquando substantias furtim sublatas tam sequam suos alebat. Attamen sanctam dei matrem veneratur ex corde. et etiam ei ad latrocinandum pergebat rogando salutabat deuotissime. Contigit autem quadam die dum quedam furaretur. ut subito prasus abinimicis suis comprehenderetur. Qui dum se a raptu purgare nequiret. iudicio arbitrium detrium est. ut laqueo suspensus uitam finiret. Ductus itaque ad laqueum est. et suspensus et absque mora. Cumque suspenso pedes eius iam inaere penderent. ecce subito sancta dei genitrix manu xilium ei uenens. per biduum ut sibi videbatur eum suis sanctis manibus sustentauit. nec aliquam lesionem pati permisit. Illi uero qui eum suspenderant cum ad locum unum paulo ante discessent ubi perdebat redissent. et uidissent eum inuenerunt et uultu hilare quasi nichil mali patiente. putauerunt eum non plene fuisse suspensum. Tyrannus accedentes guttur eius dum transfigere uellent. iterum sancta ugo manus suas gutturi eius apposuit. nec transfigi permisit. Cognoscentes uero illi eo referente quod sancta maria ei auxiliaretur. uade muratis. et dimiserunt eum pamore dei. Qui abiens factus est monachus. et postea quadam uixit seruum do et sanctissime mat-

sue.